minis poteſtatibus obtinebuntur, eaque ipſa, quae iam ſupra ſunt recenſita. Similisque eſt ratio omnium reliquorum numerorum primorum.

§. 53. Quod autem ad multitudinem horum numerorum a attinet, obſeruo eam quouis caſu $p = 2q + 1$ aequalem eſſe multitudini eorum numerorum ipſo p minorum, qui ſint ad $2q$ primi: atque alio loco oſtendi, ad hanc multitudinem inueniendam numerum $2q$ in factores ſuos primos reſolui debere, ita vt ſi fuerit $2q = f^{\zeta} g^{\eta} h^{\theta} k^{\kappa}$, ſit iſta multitudo

$$= (f-1) f^{\zeta-1} \cdot (g-1) g^{\eta-1} \cdot (h-1) h^{\theta-1} \cdot (k-1) k^{\kappa-1}.$$

Definito autem pro quouis numero $p = 2q + 1$ hac multitudine, ſint ipſi numeri ad $2q$ primi $1, \alpha, \beta, \gamma, \delta,$ etc. atque ſi datus fuerit vnus numerus a quicunque, reliqui ideoque omnes erunt:

$$a,\ a^{\alpha} - np;\ a^{\beta} - np;\ a^{\gamma} - np;\ a^{\delta} - np;\ \text{etc.}$$

ſumendo n ita, vt omnes iſti numeri infra p deprimantur. Haec fortaſſe conſideratio viam aperiet pro quouis caſu hos numeros inueſtigandi.

iam ſu-
reliquo-
ME
rum nu-
$= 2q + 1$
ſo p mi-
oſtendi,
in fac-
it $2q =$
In n
va
dati
quoq
eoden
quae
ergo
curua
vani,
curua
ſempe
aeque
cum
curua
maxir
ſtanti
innuit
primis
interp
nerali
$-1) k^{\kappa-1}.$
hac mul-
$\gamma, \delta,$ etc.
, reliqui
etc.
depriman-
ro quouis
DE

DE EXIMIO VSV
METHODI INTERPOLATIONVM
IN SERIERVM DOCTRINA.

In methodo interpolationum eiusmodi relatio inter binas variabiles x et y quaeritur, vt ſi alteri x ſucceſſiue dati valores $a, b, c, d,$ etc. tribuantur, altera y inde quoque datos valores $p, q, r, s,$ etc. ſortiatur; ſeu quod eodem redit, aequatio pro eiusmodi linea curua quaeritur, quae per quotcunque puncta data tranſeat. Quo maior ergo fuerit horum punctorum numerus, eo magis linea curua limitatur: interim tamen iam alia occaſione obſeruaui, etiamſi punctorum numerus in infinitum augeatur, curuam per ea tranſeuntem non prorſus determinari, ſed ſemper infinitas adhuc lineas curuas exhiberi poſſe, quae aeque per cuncta eadem puncta ſint tranſiturae. Quare cum methodus interpolationum pro quouis caſu lineam curuam ſuppeditet determinatam, ſolutio haec ſemper pro maxime particulari erit habenda: verum haec ipſa circumſtantia ſingularem quandam indolem ſolutionis inuentae innuit, quae accuratiorem conſiderationem meretur. Imprimis autem iſta ſolutionis indoles pendet a ratione, qua interpolatio inſtituitur, ſeu a forma, quae aequationi generali tribuitur, in qua aequationem quaeſitam contineri oportet. Quae forma cum infinitis modis conſtitui poſſit, inueſtigationes meas ad hanc formam reſtringam:

$$y = \alpha x + \beta x^3 + \gamma x^5 + \delta x^7 + \varepsilon x^9 + \text{etc.}$$

quae ſcilicet tantum poteſtates impares ipſius x contineat, ita vt, qui ipſius y valores quibuscunque valoribus poſitiuis ipſius x conueniant, iidem negatiue ſumti valoribus iisdem negatiuis ipſius x reſpondeant: quo ipſo innumerabiles aliae lineae curuae excluduntur, quae per eadem puncta eſſent tranſiturae.

Problema I.

§. 1. Inuenire aequationem inter binas variabiles x et y huius formae: $y = \alpha x + \beta x^3 + \gamma x^5 + \delta x^7 +$ etc. vt, ſi ipſi x dati valores a, b, c, d, etc. tribuantur, altera variabilis y itidem datos conſequatur valores p, q, r, s, etc.

Solutio.

Quo aequatio generalis aſſumta facilius ad hunc caſum accommodari poſſit, ea hac forma exhibeatur:

$$\begin{aligned} y = Ax &+ Bx(xx-aa) + Cx(xx-aa)(xx-bb) \\ &+ Dx(xx-aa)(xx-bb)(xx-cc) \\ &+ Ex(xx-aa)(xx-bb)(xx-cc)(xx-dd) \end{aligned}$$

quae, etſi forte in infinitum progrediatur, ſi ſcilicet conditionum numerus ſit infinitus, tamen pro ſingulis conditionibus propoſitis aequationes ſuppeditat finitas ſequentes:

I. $p = Aa$

II. $q = Ab + Bb(bb-aa)$

III. $r = Ac + Bc(cc-aa) + Cc(cc-aa)(cc-bb)$

IV. $s = Ad + Bd(dd-aa) + Cd(dd-aa)(dd-bb) + Dd(dd-aa)(dd-bb)(dd-cc)$

etc. etc.

quae

quae ita repraeſententur:

I. $\frac{p}{a} = A$

II. $\frac{q}{b} = A + B(bb-aa)$

III. $\frac{r}{c} = A + B(cc-aa) + C(cc-aa)(cc-bb)$

IV. $\frac{s}{d} = A + B(dd-aa) + C(dd-aa)(dd-bb) + D(dd-aa)(dd-bb)(dd-cc)$

etc. etc.

Iam prima a ſingulis ſequentibus ſubtrahatur, et differentiae per coefficientes ipſius B diuidantur, vt prodeant hae aequationes:

$$\frac{aq-bp}{ab(bb-aa)} = q' = B$$

$$\frac{ar-cp}{ac(cc-aa)} = r' = B + C(cc-bb)$$

$$\frac{as-dp}{ad(dd-aa)} = s' = B + C(dd-bb) + D(dd-bb)(dd-cc)$$

etc.

Nunc ſimili modo primam a ſequentibus ſubtrahentes, et reſidua per coefficientes ipſius C diuidentes, perueniemus ad has aequationes:

$$\frac{r'-q'}{cc-bb} = r'' = C$$

$$\frac{s'-q'}{dd-bb} = s'' = C + D(dd-cc)$$

etc.

porroque ad hanc $\frac{s''-r''}{dd-cc} = D$.

Quamobrem ex quantitatibus datis a, b, c, d, etc. et p, q, r, s, etc. coefficientes A, B, C, D, etc. ita commodiſſime definientur. Deriuentur primo ex quantitatibus datis iſtae:

$$P = \frac{p}{a};\ Q = \frac{q}{b};\ R = \frac{r}{c};\ S = \frac{s}{d};\ \text{etc.}$$

hinc-

c
Ia
ti
ac
Nu
rei
ad
poi
Qu
s,
def
itui poſſit,
n:
c.
contineat,
ibus poſiti-
i valoribus
nnumerabi-
idem punc-
s variabiles
+ etc. vt, ſi
altera va-
, r, s, etc.
us ad hunc
eatur:
-cc)
-cc)(xx-dd)
ſcilicet con-
ulis condi-
s ſequentes:
d · cc)
quae

hincque formentur hae:

$$Q' = \frac{Q-P}{bb-aa};\ R' = \frac{R-P}{cc-aa};\ S' = \frac{S-P}{dd-aa};\ T' = \frac{T-P}{ee-aa};\ \text{etc.}$$

$$R'' = \frac{R'-Q'}{cc-bb};\ S'' = \frac{S'-Q'}{dd-bb};\ T'' = \frac{T'-Q'}{ee-bb};\ \text{etc.}$$

$$S''' = \frac{S''-R''}{dd-cc};\ T''' = \frac{T''-R''}{ee-cc};\ \text{etc.}$$

$$T'''' = \frac{T'''-S'''}{ee-dd};\ \text{etc.}$$

Quibus valoribus inuentis habebimus:

$$A = P;\ B = Q';\ C = R'';\ D = S''';\ E = T'''';\ \text{etc.}$$

Corollarium 1.

§. 2. Cum sit $P = \frac{p}{a}$, erit primus coefficiens $A = \frac{p}{a}$; pro sequentibus vero, ob:

$$Q' = \frac{aq-bp}{ab(bb-aa)};\ R' = \frac{ar-cp}{ac(cc-aa)};\ S' = \frac{as-dp}{ad(dd-aa)};$$

$$T' = \frac{at-ep}{ae(ee-aa)};\ \text{etc.}$$

erit secundus coefficiens

$$B = \frac{aq-bp}{ab(bb-aa)}\ \text{seu}\ B = \frac{p}{a(aa-bb)} + \frac{q}{b(bb-aa)}.$$

Corollarium 2.

§. 3. Cum porro sit

$$R'' = \frac{ar-cp}{ac(cc-aa)(cc-bb)} - \frac{aq+bp}{ab(bb-aa)(cc-bb)},\ \text{fiet}$$

$$C = \frac{r}{c(cc-aa)(cc-bb)} + \frac{q}{b(aa-bb)(cc-bb)} + \frac{p}{a(cc-aa)(bb-aa)},$$

quae forma ita concinnius exhiberi potest, vt sit:

$$C = \frac{p}{a(aa-bb)(aa-cc)} + \frac{q}{b(bb-aa)(bb-cc)} + \frac{r}{c(cc-aa)(cc-bb)}.$$

Corol-

$= \frac{T-P}{ee-aa}$; etc.
etc.
$= T''''$; etc.
mus coefficiens
$= \frac{as-dp}{ad(dd-aa)}$;
$\frac{q}{bb-aa)}$.
$-bb)$, fiet
$c-bb)$
vt sit:
$-cc)$
Corol-

Corollarium 3.

§. 4. Simili modo calculum vlterius prosequendo reperietur:

$$D = \frac{p}{a(aa-bb)(aa-cc)(aa-dd)} + \frac{q}{b(bb-aa)(bb-cc)(bb-dd)} + \frac{r}{c(cc-aa)(cc-bb)(cc-dd)} + \frac{s}{d(dd-aa)(dd-bb)(dd-cc)}$$

vnde formam sequentium quantitatum E, F, G, etc. iam tuto coniectura assequi licet.

Scholion.

§. 5. Plerumque autem expeditius singularum coefficientium A, B, C, D, E, etc. valores ex praecedentibus definiuntur: Ex aequationibus enim fundamentalibus deducuntur formulae sequentes:

$$A = \frac{p}{a};$$

$$B = \frac{q-bA}{b(bb-aa)};$$

$$C = \frac{r-cA}{c(cc-aa)(cc-bb)} - \frac{B}{cc-bb};$$

$$D = \frac{s-dA}{d(dd-aa)(dd-bb)(dd-cc)} - \frac{B}{(dd-bb)(dd-cc)} - \frac{C}{dd-cc};$$

$$E = \frac{t-eA}{e(ee-aa)(ee-bb)(ee-cc)(ee-dd)} - \frac{B}{(ee-bb)(ee-cc)(ee-dd)} - \frac{C}{(ee-cc)(ee-dd)} - \frac{D}{ee-dd};$$

etc.

vbi plerumque mox eiusmodi ordo obseruatur, vnde sequentes facile deriuari possunt, quemadmodum ex sequentibus problematibus, in quibus hanc methodum ad quosdam casus particulares sum accommodaturus, patebit.

 §. 6.

Scholion 2.

§. 6. Antequam autem huiusmodi casus euoluam, in genere obseruasse iuuabit, quod si pro quocunque casu oblato aequatio satisfaciens inter binas variabiles x et y fuerit inuenta, quam hoc modo designabo: $y = X$, ita vt sit $X = \alpha x + \beta x^3 + \gamma x^5 + \delta x^7 +$ etc. tum inde facile aequationem multo latius patentem et pariter satisfacientem formari posse. Statuatur enim:

$$Q = x \cdot \frac{xx - aa}{aa} \cdot \frac{xx - bb}{bb} \cdot \frac{xx - cc}{cc} \cdot \frac{xx - dd}{dd} \cdot \text{ etc.}$$

quae quantitas euanescit pro omnibus valoribus ipsius x propositis:

$$x = 0, \; x = \pm a; \; x = \pm b; \; x = \pm c, \text{ etc.}$$

idemque praestabunt omnes functiones ipsius Q vna cum ipsa Q euanescentes: ex quo manifestum est, si statuatur $y = X + Q$, vel $y = X + f:Q$, omnibus conditionibus aeque satisfieri. Quoniam igitur haec functio $f:Q$ omnino est arbitraria, dummodo euanescat facto $Q = 0$, haec aequatio: $y = X + f:Q$ solutionem generalissimam exhibere est censenda.

Problema 2.

§. 7. Sint a, b, c, d, etc. quotcunque arcus circulares, existente radio $= 1$, valores autem p, q, r, s, etc. sint sinus eorundem arcuum, quandoquidem hoc casu ea proprietas locum habet, vt arcubus negatiuis iidem sinus negatiue sumti respondeant; hinc proxime definire rationem inter diametrum et peripheriam.

Solutio.

Cum hic sit $p = \text{fin.}\, a$, $q = \text{fin.}\, b$, $r = \text{fin.}\, c$, etc. aequatio inter x et y ita erit comparata, vt sumto pro x arcu

casus euoluam, quocunque casu variabiles x et y $y = X$, ita vt tum inde facile iter satisfacien- $\frac{dd}{d}$. etc. oribus ipsius x $\pm c$, etc. us Q vna cum est, si statuatur conditionibus io $f:Q$ omni- $Q = 0$, haec ssimam exhibe- nque arcus cir- p, q, r, s, etc. m hoc casu ea uis iidem sinus efinire rationem $r = \text{fin.}\, c$, etc. t sumto pro x arcu

arcu circuli, quantitas y proxime eius sinum sit expressura, fiatque $y = \text{fin.}\, x$. Definitis ergo per praecedens problema coefficientibus A, B, C, D, etc. habebitur haec aequatio:

$$\text{fin.}\, x = Ax + Bx(xx - aa) + Cx(xx - aa)(xx - bb) + \text{etc.}$$

quae adeo veritati est consentanea, quoties fuerit vel

$$x = 0, \text{ vel } x = \pm a, \text{ vel } x = \pm b, \text{ vel } x = \pm c \text{ etc.}$$

Statuamus nunc arcum x infinite paruum, et quia tum eius sinus, fin. x ipsi arcui x aequatur, orietur haec aequatio:

$$1 = A - Baa + Caabb - Daabbcc + Eaabbccdd - \text{etc.}$$

Substituamus hic pro litteris A, B, C, D, etc. valores supra inuentos, ac perueniemus ad hanc aequationem:

$$\begin{aligned} 1 = &\frac{p}{a}\left(1 - \frac{aa}{aa - bb} + \frac{aabb}{(aa - bb)(aa - cc)} - \frac{aabbcc}{(aa - bb)(aa - cc)(aa - dd)} + \text{etc.}\right) \\ &- \frac{q}{b}\left(\frac{aa}{bb - aa} - \frac{aabb}{(bb - aa)(bb - cc)} + \frac{aabbcc}{(bb - aa)(bb - cc)(bb - dd)} - \text{etc.}\right) \\ &+ \frac{r}{c}\left(\frac{aabb}{(cc - aa)(cc - bb)} - \frac{aabbcc}{(cc - aa)(cc - bb)(cc - dd)} + \text{etc.}\right) \\ &- \frac{s}{d}\left(\frac{aabbcc}{(dd - aa)(dd - bb)(dd - cc)} - \text{etc.}\right) \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

quae reducitur ad hanc, in qua omnes series sibi sunt similes:

$$\begin{aligned} 1 = &\frac{p}{a}\left(1 + \frac{aa}{bb - aa} + \frac{aabb}{(bb - aa)(cc - aa)} + \frac{aabbcc}{(bb - aa)(cc - aa)(dd - aa)} + \text{etc.}\right) \\ &- \frac{aaq}{b(bb - aa)}\left(1 + \frac{bb}{cc - bb} + \frac{bbcc}{(cc - bb)(dd - bb)} + \frac{bbccdd}{(cc - bb)(dd - bb)(ee - bb)} + \text{etc.}\right) \\ &+ \frac{aabbr}{c(cc - aa)(cc - bb)}\left(1 + \frac{cc}{dd - cc} + \frac{ccdd}{(dd - cc)(ee - cc)} + \text{etc.}\right) \\ &- \frac{aabbccs}{d(dd - aa)(dd - bb)(dd - cc)}\left(1 + \frac{dd}{ee - dd} + \text{etc.}\right) \\ &\text{etc.} \end{aligned}$$

Quaelibet autem harum serierum sponte est summabilis; primae enim duo termini primi coniuncti dant $\frac{bb}{bb - aa}$, cui si tertius addatur, prodit $\frac{bbcc}{(bb-aa)(cc-aa)}$, hincque porro quartus adiunctus praebet $\frac{bbccdd}{(bb-aa)(cc-aa)(dd-aa)}$, sicque ulterius, ita vt nostrae aequationis prima series euadat:

$$\frac{p}{a}\cdot\frac{bb}{bb-aa}\cdot\frac{cc}{cc-aa}\cdot\frac{dd}{dd-aa}\cdot\frac{ee}{ee-aa}\cdot \text{ etc.}$$

Simili vero modo pro secunda reperitur:

$$-\frac{q}{b}\cdot\frac{aa}{bb-aa}\cdot\frac{cc}{cc-bb}\cdot\frac{dd}{dd-bb}\cdot\frac{ee}{ee-bb}\cdot \text{ etc.}$$

sicque tandem nostra aequatio reducitur ad hanc formam:

$$\begin{aligned}1 = &\frac{p}{a}\cdot\frac{bb}{bb-aa}\cdot\frac{cc}{cc-aa}\cdot\frac{dd}{dd-aa}\cdot\frac{ee}{ee-aa}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{q}{b}\cdot\frac{aa}{aa-bb}\cdot\frac{cc}{cc-bb}\cdot\frac{dd}{dd-bb}\cdot\frac{ee}{ee-bb}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{r}{c}\cdot\frac{aa}{aa-cc}\cdot\frac{bb}{bb-cc}\cdot\frac{dd}{dd-cc}\cdot\frac{ee}{ee-cc}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{s}{d}\cdot\frac{aa}{aa-dd}\cdot\frac{bb}{bb-dd}\cdot\frac{cc}{cc-dd}\cdot\frac{ee}{ee-dd}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{t}{e}\cdot\frac{aa}{aa-ee}\cdot\frac{bb}{bb-ee}\cdot\frac{cc}{cc-ee}\cdot\frac{dd}{dd-ee}\cdot \text{ etc.}\\ &\text{etc.}\end{aligned}$$

vnde si arcus dati a, b, c, d, etc. cognitam rationem ad semiperipheriam π teneant, huius quantitatis valor π definietur.

Corollarium 1.

§. 8. Si numerus horum arcuum a, b, c, d, etc. fuerit finitus, tum circuli peripheria eo accuratius definietur, quo maior sit ille numerus, et simul quo minores arcus inter eos occurrant. Aucto autem arcuum propositorum numero in infinitum, vera ratio peripheriae ad diametrum inde deriuabitur.

Corollarium 2.

§. 9. Simili modo in genere sinus arcus indefiniti x definiri potest. Substitutis enim loco coefficientium A, B,

ãque porro quar-
ã sicque vlterius,
adat:
l hanc formam:
c.
am rationem ad
ntitatis valor π
. a, b, c, d, etc.
ccuratius definie-
quo minores ar-
rcuum proposito-
ripheriae ad dia-
inus arcus indefi-
oco coefficientium
A, B,

A, B, C, D, etc. valoribus inuentis, aequatio ad hanc formam redigetur:

$$\begin{aligned}\frac{\sin x}{x} = &\frac{p}{a}\cdot\frac{bb-xx}{bb-aa}\cdot\frac{cc-xx}{cc-aa}\cdot\frac{dd-xx}{dd-aa}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{q}{b}\cdot\frac{aa-xx}{aa-bb}\cdot\frac{cc-xx}{cc-bb}\cdot\frac{dd-xx}{dd-bb}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{r}{c}\cdot\frac{aa-xx}{aa-cc}\cdot\frac{bb-xx}{bb-cc}\cdot\frac{dd-xx}{dd-cc}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{s}{d}\cdot\frac{aa-xx}{aa-dd}\cdot\frac{bb-xx}{bb-dd}\cdot\frac{cc-xx}{cc-dd}\cdot \text{ etc.}\\ &\text{etc.}\end{aligned}$$

quae aequatio, sumto arcu x euanescente, in illam abit.

Corollarium 3.

§. 10. Haec autem reductio multo latius patet, nulla arcuum ratione habita. Si enim quaeratur eiusmodi aequatio inter binas variabiles x et y, vt

sumto $x = 0$, a, b, c, d, e, etc.

fiat $y = 0$, p, q, r, s, t, etc.

aequatio haec in genere ita repraesentari poterit:

$$\begin{aligned}\frac{y}{x} = &\frac{p}{a}\cdot\frac{bb-xx}{bb-aa}\cdot\frac{cc-xx}{cc-aa}\cdot\frac{dd-xx}{dd-aa}\cdot\frac{ee-xx}{ee-aa}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{q}{b}\cdot\frac{aa-xx}{aa-bb}\cdot\frac{cc-xx}{cc-bb}\cdot\frac{dd-xx}{dd-bb}\cdot\frac{ee-xx}{ee-bb}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{r}{c}\cdot\frac{aa-xx}{aa-cc}\cdot\frac{bb-xx}{bb-cc}\cdot\frac{dd-xx}{dd-cc}\cdot\frac{ee-xx}{ee-cc}\cdot \text{ etc.}\\ &+\frac{s}{d}\cdot\frac{aa-xx}{aa-dd}\cdot\frac{bb-xx}{bb-dd}\cdot\frac{cc-xx}{cc-dd}\cdot\frac{ee-xx}{ee-dd}\cdot \text{ etc.}\\ &\text{etc.}\end{aligned}$$

ex qua forma simul manifestum est, quomodo singulis conditionibus satisfiat.

Scholion.

§. 11. Casibus hic non immorabor, quibus numerus conditionum praescriptarum a, b, c, d, etc. assumi-

 tur

tur finitus, quoniam inde tantum approximationes pro mensura circuli suppeditantur. Interim tamen obseruasse haud pigebit, si tantum quatuor arcus accipiantur, qui sint

$$a = \Phi,\ b = 2\Phi,\ c = 3\Phi,\ d = 4\Phi,$$

fore ex solutione problematis

$$\Phi = \frac{\sin.\Phi}{1}.\frac{2.2}{1.3}.\frac{3.3}{2.4}.\frac{4.4}{3.5} = \frac{8}{5}\sin.\Phi - \frac{2}{3}\sin.2\Phi + \frac{8}{105}\sin.3\Phi - \frac{1}{140}\sin.4\Phi$$
$$-\frac{\sin.2\Phi}{2}.\frac{1.1}{1.3}.\frac{3.3}{1.5}.\frac{4.4}{2.6}$$
$$+\frac{\sin.3\Phi}{3}.\frac{1.1}{2.4}.\frac{2.2}{1.5}.\frac{4.4}{2.7}$$
$$-\frac{\sin.4\Phi}{4}.\frac{1.1}{3.5}.\frac{2.2}{2.6}.\frac{3.3}{1.7}$$

quae expressio eo propius ad veritatem accedit, quo minor capiatur arcus Φ: interim tamen etsi ad quadrantem vsque augeatur, vt sit $\Phi = \frac{\pi}{2}$, error non fit enormis; prodit enim $\frac{\pi}{2} = \frac{8}{5} - \frac{8}{105} = \frac{32}{21}$, sicque $\pi = 3\frac{1}{21}$. At si sumamus $\Phi = 30° = \frac{\pi}{6}$, fit

$$\frac{\pi}{6} = \frac{8}{5}.\frac{1}{2} - \frac{2}{3}.\frac{\sqrt{3}}{2} + \frac{8}{105} - \frac{1}{140}.\frac{\sqrt{3}}{2},\ \text{seu}$$
$$\pi = \frac{184}{35} - \frac{171\sqrt{3}}{140},$$

qui valor tantum aliquot particulis centies millesimis vnitatis a vero differt. Verum missa hac speculatione casus aliquot, vbi arcuum propositorum a, b, c, d, etc. certa lege progredientium numerus est infinitus, percurram.

Exemplum I.

§. 12. *Progrediantur arcus* a, b, c, d, *etc. secundum seriem numerorum naturalium, sitque*

$$a = \Phi,\ b = 2\Phi,\ c = 3\Phi,\ d = 4\Phi,\ \text{etc.}$$

in infinitum, ex quorum finibus p, q, r, *etc. veram longitudinem arcus* Φ *determinari oporteat.*

Solutio

imationes pro
men obseruasse
iantur, qui sint
3Φ − 1/140 sin.4Φ
edit, quo mi-
ad quadrantem
enormis; pro-
At si sumamus
millesimis vni-
eculatione casus
, d, etc. certa
percurram.
, d, etc. secun-
Φ, etc.
tc. veram longi-
Solutio

Solutio ergo problematis pro hoc casu suppeditat hanc aequationem:

$$\Phi = \frac{\sin.\Phi}{1}.\frac{2.2}{1.3}.\frac{3.3}{2.4}.\frac{4.4}{3.5}.\frac{5.5}{4.6}.\ \text{etc.}$$
$$-\frac{\sin.2\Phi}{2}.\frac{1.1}{1.3}.\frac{3.3}{1.5}.\frac{4.4}{2.6}.\frac{5.5}{3.7}.\ \text{etc.}$$
$$+\frac{\sin.3\Phi}{3}.\frac{1.1}{2.4}.\frac{2.2}{1.5}.\frac{4.4}{1.7}.\frac{5.5}{2.8}.\ \text{etc.}$$
$$-\frac{\sin.4\Phi}{4}.\frac{1.1}{3.5}.\frac{2.2}{2.6}.\frac{3.3}{1.7}.\frac{5.5}{1.9}.\ \text{etc.}$$
$$+\frac{\sin.5\Phi}{5}.\frac{1.1}{4.6}.\frac{2.2}{3.7}.\frac{3.3}{2.8}.\frac{4.4}{1.9}.\ \text{etc.}$$

omnia autem haec producta eundem reperiuntur habere valorem $= 2$, ita vt sit:

$$\tfrac{1}{2}\Phi = \sin.\Phi - \tfrac{1}{2}\sin.2\Phi + \tfrac{1}{3}\sin.3\Phi - \tfrac{1}{4}\sin.4\Phi + \tfrac{1}{5}\sin.5\Phi - \text{etc.}$$

cuius seriei veritas casu, quo angulus Φ est infinite paruus, per se est manifesta. Euoluamus ergo casus sequentes.

1°. Sit $\Phi = 90° = \frac{\pi}{2}$, ac prodit series *Leibniziana*

$$\frac{\pi}{4} = 1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \text{etc.}$$

2°. Sit $\Phi = 45° = \frac{\pi}{4}$, orieturque haec series:

$$\frac{\pi}{8} = \frac{1}{\sqrt{2}} - \frac{1}{2} + \frac{1}{3\sqrt{2}} * - \frac{1}{5\sqrt{2}} + \frac{1}{6} - \frac{1}{7\sqrt{2}} * + \frac{1}{9\sqrt{2}} - \frac{1}{10} + \frac{1}{11\sqrt{2}} - \text{etc.}$$

quae resoluitur in has duas:

$$\frac{\pi}{8} = \frac{1}{\sqrt{2}}\left(1 + \frac{1}{3} - \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} + \frac{1}{11} - \frac{1}{13} - \frac{1}{15} + \text{etc.}\right)$$
$$- \frac{1}{2}\left(1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \frac{1}{11} + \text{etc.}\right)$$

ita vt sit

$$1 + \frac{1}{3} - \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} + \frac{1}{11} - \frac{1}{13} - \frac{1}{15} + \text{etc.} = \frac{\pi}{2\sqrt{2}}.$$

3°. Sit $\Phi = 60° = \frac{\pi}{3}$, eritque

$$\frac{\pi}{6} = \frac{\sqrt{3}}{2} - \frac{1}{2}.\frac{\sqrt{3}}{2} * + \frac{1}{4}.\frac{\sqrt{3}}{2} - \frac{1}{5}.\frac{\sqrt{3}}{2} + \text{etc.}$$

seu

$$\frac{\pi}{3\sqrt{3}} = 1 - \frac{1}{2} + \frac{1}{4} - \frac{1}{5} + \frac{1}{7} - \frac{1}{8} + \frac{1}{10} - \frac{1}{11} + \text{etc.}$$

4°.

4°. Sit $\Phi = 30° = \frac{\pi}{6}$, ac fit

$$\frac{\pi}{12} = \frac{1}{1}\cdot\frac{1}{2} - \frac{1}{2}\cdot\frac{\sqrt{3}}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4}\cdot\frac{\sqrt{3}}{2} + \frac{1}{5}\cdot\frac{1}{2} * - \frac{1}{7}\cdot\frac{1}{2} + \frac{1}{8}\cdot\frac{\sqrt{3}}{2} - \text{etc.}$$

seu

$$\frac{\pi}{12} = \frac{1}{2}\left(1 + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} - \frac{1}{11} + \frac{1}{13} + \frac{1}{17} - \frac{1}{19} - \frac{1}{23} + \text{etc.}\right)$$
$$- \frac{\sqrt{3}}{4}\left(1 + \frac{1}{2} - \frac{1}{4} - \frac{1}{5} + \frac{1}{7} + \frac{1}{8} - \frac{1}{10} - \frac{1}{11} + \text{etc.}\right)$$
$$+ \frac{1}{3}\left(1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \frac{1}{11} + \text{etc.}\right)$$

quarum ferierum vltima fit $= \frac{\pi}{12}$, hinc concluditur

$$1 + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} - \frac{1}{11} + \frac{1}{13} + \frac{1}{17} - \text{etc.} = \frac{\sqrt{3}}{2}\left(1 + \frac{1}{2} - \frac{1}{4} - \frac{1}{5} + \frac{1}{7} + \frac{1}{8} - \text{etc.}\right)$$

Vtraque autem feries aequatur arcui $\frac{\pi}{3}$, quod quidem in priori ex *Leibniziana* eft manifeftum.

Corollarium 1.

§. 13. Ex aequatione hic inuenta:

$$\frac{1}{2}\Phi = \text{fin.}\,\Phi - \frac{1}{2}\,\text{fin.}\,2\Phi + \frac{1}{3}\,\text{fin.}\,3\Phi - \frac{1}{4}\,\text{fin.}\,4\Phi + \text{etc.}$$

plures aliae non minus notatu dignae deriuari poffunt. Veluti inftituta differentiatione prodit

$$\frac{1}{2} = \text{cof.}\,\Phi - \text{cof.}\,2\Phi + \text{cof.}\,3\Phi - \text{cof.}\,4\Phi + \text{etc.}$$

cuius ratio inde eft manifefta, quod multiplicando vtrinque per $2\,\text{cof.}\,\frac{1}{2}\Phi$ prodit aequatio identica $\text{cof.}\,\frac{1}{2}\Phi = \text{cof.}\,\frac{1}{2}\Phi$.

Corollarium 2.

§. 14. At fi illam aequationem per $-d\Phi$ multiplicatam integremus, prouenit

$$C - \frac{1}{4}\Phi\Phi = \text{cof.}\,\Phi - \frac{1}{4}\,\text{cof.}\,2\Phi + \frac{1}{9}\,\text{cof.}\,3\Phi - \frac{1}{16}\,\text{cof.}\,4\Phi + \text{etc.}$$

vbi ex cafu $\Phi = 0$ conftans per integrationem ingreffa determinatur, fcilicet:

$$C = 1 - \frac{1}{4} + \frac{1}{9} - \frac{1}{16} + \text{etc.} = \frac{\pi\pi}{12},$$

ita

$\frac{1}{8}\cdot\frac{\sqrt{3}}{2}$ − etc.
$\frac{1}{23}$ + etc.)
+ etc.)
ditur
$+\frac{1}{7}+\frac{1}{8}$ − etc.)
quidem in
in. 4Φ + etc.
uari poffunt.
. 4Φ + etc.
ndo vtrinque
= cof. ½Φ.
− dΦ mul-
cof. 4Φ + etc.
nem ingreffa
ita

ita vt fit

$$\frac{\pi\pi}{12} - \frac{\Phi\Phi}{4} = \text{cof.}\,\Phi - \frac{1}{4}\,\text{cof.}\,2\Phi + \frac{1}{9}\,\text{cof.}\,3\Phi - \frac{1}{16}\,\text{cof.}\,4\Phi + \text{etc.}$$

quae ergo feries, fumto $\Phi = \frac{\pi}{\sqrt{3}}$, fit $= 0$. Eft autem proxime

$$\frac{\pi}{\sqrt{3}} = 103°, 55', 23'' \text{ et cof.}\,\frac{\pi}{\sqrt{3}} = 0,2406186.$$

Corollarium 3.

§. 15. Si hanc aequationem denuo per $d\Phi$ multiplicatam integremus, orietur haec noua fummatio:

$$\frac{1}{12}\pi\pi\Phi - \frac{1}{12}\Phi^3 = \text{fin.}\,\Phi - \frac{1}{8}\,\text{fin.}\,2\Phi + \frac{1}{27}\,\text{fin.}\,3\Phi - \frac{1}{64}\,\text{fin.}\,4\Phi + \text{etc.}$$

vnde fumto arcu $\Phi = 90° = \frac{\pi}{2}$ obtinetur

$$\frac{1}{32}\pi^3 = 1 - \frac{1}{27} + \frac{1}{125} - \frac{1}{343} + \text{etc.}$$

vti iam aliunde eft notum.

Scholion.

§. 16. Circa feriem inuentam

$$\frac{1}{2}\Phi = \text{fin.}\,\Phi - \frac{1}{2}\,\text{fin.}\,2\Phi + \frac{1}{3}\,\text{fin.}\,3\Phi - \text{etc.}$$

dubium oriri poteft, quod fumto arcu $\Phi = 180° = \pi$, finguli feriei termini euanefcant, ideoque fumma nequeat ipfi $\frac{1}{2}\pi$ aequari. Verum ad hoc dubium foluendum ftatuatur prime $\Phi = \pi - \omega$, et refultabit haec aequatio:

$$\frac{\pi - \omega}{2} = \text{fin.}\,\omega + \frac{1}{2}\,\text{fin.}\,2\omega + \frac{1}{3}\,\text{fin.}\,3\omega + \frac{1}{4}\,\text{fin.}\,4\omega + \text{etc.}$$

nunc vero arcus ω infinite paruus fumatur, vnde adipifcimur hanc:

$$\frac{\pi - \omega}{2} = \omega + \omega + \omega + \omega + \omega + \text{etc.}$$

quae nihil amplius continet abfurdi. Quod idem tenendum eft, fi velimus accipere $\Phi = 2\pi$ vel $\Phi = 3\pi$ etc.

Exemplum II.

§. 17. *Si arcus* a, b, c, d, *etc. progressionem arithmeticam quamcunque constituant, vt sit*

$$a = n\Phi,\ b = (n+1)\Phi,\ c = (n+2)\Phi,\ d = (n+3)\Phi, \text{ etc.}$$

ex eorum sinibus longitudinem arcus Φ *definire.*

Solutio generalis ante exhibita pro hoc casu dat

$$\Phi = \frac{\text{sin.}\,n\Phi}{n} \cdot \frac{(n+1)^2}{1(1+2n)} \cdot \frac{(n+2)^2}{2(2+2n)} \cdot \frac{(n+3)^2}{3(3+2n)} \cdot \frac{(n+4)^2}{4(4+2n)} \cdot \frac{(n+5)^2}{5(5+2n)} \text{ etc.}$$
$$- \frac{\text{sin.}\,(n+1)\Phi}{n+1} \cdot \frac{n^2}{1(1+2n)} \cdot \frac{(n+2)^2}{1(3+2n)} \cdot \frac{(n+3)^2}{2(4+2n)} \cdot \frac{(n+4)^2}{3(5+2n)} \cdot \frac{(n+5)^2}{4(6+2n)} \text{ etc.}$$
$$+ \frac{\text{sin.}\,(n+2)\Phi}{n+2} \cdot \frac{n^2}{2(2+2n)} \cdot \frac{(n+1)^2}{1(3+2n)} \cdot \frac{(n+3)^2}{1(5+2n)} \cdot \frac{(n+4)^2}{2(6+2n)} \cdot \frac{(n+5)^2}{3(7+2n)} \text{ etc.}$$
$$- \frac{\text{sin.}\,(n+3)\Phi}{n+3} \cdot \frac{n^2}{3(3+2n)} \cdot \frac{(n+1)^2}{2(4+2n)} \cdot \frac{(n+2)^2}{1(5+2n)} \cdot \frac{(n+4)^2}{1(7+2n)} \cdot \frac{(n+5)^2}{2(8+2n)} \text{ etc.}$$
$$+ \frac{\text{sin.}\,(n+4)\Phi}{n+4} \cdot \frac{n^2}{4(4+2n)} \cdot \frac{(n+1)^2}{3(5+2n)} \cdot \frac{(n+2)^2}{2(6+2n)} \cdot \frac{(n+3)^2}{1(7+2n)} \cdot \frac{(n+5)^2}{1(9+2n)} \text{ etc.}$$

Ad valores horum productorum in infinitum excurrentium inuestigandos ponamus breuitatis gratia

$$\Phi = \mathfrak{A} \cdot \frac{\text{sin.}\,n\Phi}{n} - \mathfrak{B}\frac{\text{sin.}\,(n+1)\Phi}{n+1} + \mathfrak{C}\frac{\text{sin.}\,(n+2)\Phi}{n+2} - \mathfrak{D}\frac{\text{sin.}\,(n+3)\Phi}{n+3} + \text{etc.}$$

et hi coefficientes sequenti modo inter se comparentur:

$$\frac{\mathfrak{B}}{\mathfrak{A}} = \frac{nn}{(n+1)^2} \cdot \frac{2(2+2n)}{1(3+2n)} \cdot \frac{3(3+2n)}{2(4+2n)} \cdot \frac{4(4+2n)}{3(5+2n)} \text{ etc.}$$

qui valor reducitur ad $\frac{nn}{(n+1)^2} \cdot \frac{(i-1)(2+2n)}{1(i+2n)}$, denotante i numerum infinitum, sicque erit $\frac{\mathfrak{B}}{\mathfrak{A}} = \frac{2nn}{n+1}$. Simili modo colligitur:

$$\frac{\mathfrak{C}}{\mathfrak{B}} = \frac{1(1+2n)}{2(2+2n)} \cdot \frac{(n+1)^2}{(n+2)^2} \cdot \frac{(i-3)(4+2n)}{1(i+2n)} = \frac{(n+1)(2n+1)}{2(n+2)};$$

tum vero porro

$$\frac{\mathfrak{D}}{\mathfrak{C}} = \frac{(n+2)(2n+2)}{3(n+3)};\ \frac{\mathfrak{E}}{\mathfrak{D}} = \frac{(n+3)(2n+3)}{4(n+4)},$$

et sic deinceps; vnde sequitur fore

$$\mathfrak{B} = \frac{2nn}{(n+1)}\mathfrak{A}$$

$\mathfrak{C} =$

c. progressionem a-
d=(n+3)Φ, etc.
efinire.
casu dat
itum excurrentium
−𝔇 sin.(n+3)Φ/(n+3) + etc.
se comparentur:
denotante i nu-
. Simili modo col-
𝔈 =

$$\mathfrak{C} = \frac{2nn(2n+1)}{1 \cdot 2(n+2)}\mathfrak{A}$$
$$\mathfrak{D} = \frac{2nn(2n+1)(2n+2)}{1 \cdot 2 \cdot 3(n+3)}\mathfrak{A}$$
$$\mathfrak{E} = \frac{2nn(2n+1)(2n+2)(2n+3)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4(n+4)}\mathfrak{A}$$
etc.

sicque totum negotium redit ad inuentionem primae litterae:

$$\mathfrak{A} = \frac{(n+1)^2}{1(2n+1)} \cdot \frac{(n+2)^2}{2(2n+2)} \cdot \frac{(n+3)^2}{3(2n+3)} \cdot \frac{(n+4)^2}{4(2n+4)} \text{ etc.}$$

Iam dudum autem demonstraui, huius producti generalis:

$$\frac{a(b+c)}{b(a+c)} \cdot \frac{(a+d)(b+c+d)}{(b+d)(a+c+d)} \cdot \frac{(a+2d)(b+c+2d)}{(b+2d)(a+c+2d)} \text{ etc.}$$

valorem ita exprimi, vt sit

$$= \frac{\int x^{b-1}\,dx\,(1-x^d)^{\frac{c-d}{d}}}{\int x^{a-1}\,dx\,(1-x^d)^{\frac{c-d}{d}}}$$

vtraque scilicet integratione a termino $x = 0$ ad $x = 1$ extensa. Quare cum pro nostro casu sumi oporteat

$$a = n+1;\ b+c = n+1,\ b = 1,\ c = n, \text{ et } d = 1,$$

habebimus:

$$\mathfrak{A} = \frac{\int dx\,(1-x)^{n-1}}{\int x^n\,dx\,(1-x)^{n-1}} = \frac{1}{n\int x^n\,dx\,(1-x)^{n-1}}$$

hincque sequentem pro arcu Φ expressionem:

$$\Phi\int x^n\,dx\,(1-x)^{n-1} = \frac{1}{nn}\,\text{sin.}\,n\Phi - \frac{2n}{1(n+1)^2}\,\text{sin.}\,(n+1)\Phi$$
$$+ \frac{2n(2n+1)}{1 \cdot 2(n+2)^2}\,\text{sin.}\,(n+2)\Phi - \frac{2n(2n+1)(2n+2)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot (n+3)^2}\,\text{sin.}\,(n+3)\Phi$$
$$+ \frac{2n(2n+1)(2n+2)(2n+3)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4\,(n+4)^2}\,\text{sin.}\,(n+4)\Phi + \text{etc.}$$

Quae series eo maiorem attentionem meretur, quod formulam integralem $\int x^n\,dx\,(1-x)^{n-1}$ inuoluit.

 Corol-

Corollarium 1.

§. 18. De hac formula integrali $\int x^n dx(1-x)^{n-1}$ primum obseruasse iuuabit, si casu $n=\lambda$ eius valor fuerit $=\Delta$, tum eum casu $n=\lambda+1$ fore $=\frac{\lambda}{2(2\lambda+1)}\Delta$. Ita cum casu $n=1$ sit $\int x\,dx=\frac{1}{2}$, erit

$$\int x^2 dx(1-x)=\frac{1}{2}\cdot\frac{1}{2\cdot 3};\ \int x^3 dx(1-x)^2=\frac{1}{2}\cdot\frac{1}{2\cdot 3}\cdot\frac{2}{2\cdot 5}\ \text{etc.}$$

Corollarium 2.

§. 19. Si ergo in genere ponatur $\int x^n dx(1-x)^{n-1}=f:n$, quandoquidem eius valor vt functio ipsius n spectari potest: erit

$$f:1=\frac{1}{2};\ f:2=\frac{1}{2}\cdot\frac{1}{6};\ f:3=\frac{1}{2}\cdot\frac{1}{6}\cdot\frac{2}{10};\ f:4=\frac{1}{2}\cdot\frac{1}{6}\cdot\frac{2}{10}\cdot\frac{3}{14},$$

atque in genere $f:(n+1)=\frac{n}{2(2n+1)}f:n$. Vnde quoties n est numerus integer, valor istius formulae $f:n$ facile assignatur.

Corollarium 3.

§. 20. Sit nunc $n=\frac{1}{2}$, eritque

$$f:\tfrac{1}{2}=\int\frac{dx\sqrt{x}}{\sqrt{(1-x)}}=2\int\frac{yy\,dy}{\sqrt{(1-yy)}},$$

posito $x=yy$; at

$$\int\frac{yy\,dy}{\sqrt{(1-yy)}}=\frac{1}{2}\int\frac{dy}{\sqrt{(1-yy)}}=\frac{\pi}{4};$$

vnde fit $f:\frac{1}{2}=\frac{\pi}{2}$, hincque porro:

$$f:\tfrac{3}{2}=\tfrac{1}{8}\cdot\tfrac{\pi}{2};\ f:\tfrac{5}{2}=\tfrac{1}{8}\cdot\tfrac{3}{16}\cdot\tfrac{\pi}{2};\ f:\tfrac{7}{2}=\tfrac{1}{8}\cdot\tfrac{3}{16}\cdot\tfrac{5}{24}\cdot\tfrac{\pi}{2};\ \text{etc.}$$

At si in genere sit $n=\frac{\mu}{\nu}$, reperitur:

$$f:\tfrac{\mu}{\nu}=\int x^{\frac{\mu}{\nu}}dx(1-x)^{\frac{\mu}{\nu}-1}=\nu\int y^{\mu+\nu-1}dy(1-y^\nu)^{\frac{\mu}{\nu}-1}$$

posito $x=y^\nu$, hincque facta reductione

f:

li $\int x^n dx(1-x)^{n-1}$ λ eius valor fuerit $\frac{\lambda}{(2\lambda+1)}\Delta$. Ita cum
$x)^2=\frac{1}{2}\cdot\frac{1}{2\cdot 3}\cdot\frac{2}{2\cdot 5}$ etc.
ur $\int x^n dx(1-x)^{n-1}$ io ipsius n spectari
$f:4=\frac{1}{2}\cdot\frac{1}{6}\cdot\frac{2}{10}\cdot\frac{3}{14}$, :n. Vnde quoties ormulae $f:n$ facile
$=\frac{1}{8}\cdot\frac{3}{16}\cdot\frac{5}{24}\cdot\frac{\pi}{2}$; etc.
$dy(1-y^\nu)^{\frac{\mu}{\nu}-1}$
f:

$$f:\tfrac{\mu}{\nu}=\tfrac{\nu}{\mu}\int y^{\mu-1}dy(1-y^\nu)^{\frac{\mu}{\nu}-1},$$

quae forma omnis generis quantitates transcendentes inuoluit.

Corollarium 4.

§. 21. Huius ipsius autem formulae integralis $\int x^n dx(1-x)^{n-1}$ valor casu $x=1$ vicissim ex serie inuenta satis eleganter determinatur: facta enim differentiatione, solum arcum Φ vt variabilem spectando, prodit

$$\int x^n dx(1-x)^{n-1}=\frac{1}{n}\cos. n\Phi-\frac{2n}{1(n+1)}\cos.(n+1)\Phi$$
$$+\frac{2n(2n+1)}{1\cdot 2(n+2)}\cos.(n+2)\Phi$$
$$-\frac{2n(2n+1)(2n+2)}{1\cdot 2\cdot 3(n+3)}\cos.(n+3)\Phi+\text{etc.}$$

quae ergo series aequalis est huic ex ipsa euolutione solita ortae:

$$\int x^n dx(1-x)^{n-1}=\frac{1}{n+1}-\frac{(n-1)}{1(n+2)}+\frac{(n-1)(n-2)}{1\cdot 2(n+3)}-\frac{(n-1)(n-2)(n-3)}{1\cdot 2\cdot 3(n+4)}\ \text{etc.}$$

Scholion 1.

§. 22. Quoniam casum $n=1$ in praecedente exemplo euoluimus, consideremus hic potissimum casum $n=\frac{1}{2}$, quo vidimus esse $\int x^n dx(1-x)^{n-1}=\frac{\pi}{2}$; eritque propterea:

$$\tfrac{\pi\Phi}{2}=\tfrac{4}{1}\sin.\tfrac{1}{2}\Phi-\tfrac{4}{9}\sin.\tfrac{3}{2}\Phi+\tfrac{4}{25}\sin.\tfrac{5}{2}\Phi-\tfrac{4}{49}\sin.\tfrac{7}{2}\Phi+\text{etc.}$$

Ponamus $\Phi=2\omega$, prodibitque haec series concinnior:

$$\tfrac{\pi\omega}{4}=\tfrac{1}{1}\sin.\omega-\tfrac{1}{9}\sin 3\omega+\tfrac{1}{25}\sin.5\omega-\tfrac{1}{49}\sin.7\omega+\text{etc.}$$

quae primo, si arcus ω sumatur euanescens, dat

$$\tfrac{\pi}{4}=1-\tfrac{1}{3}+\tfrac{1}{5}-\tfrac{1}{7}+\ \text{etc.}$$

Sit autem $\omega = \frac{\pi}{5}$, oriturque series etiam cognita

$$\frac{\pi\pi}{8} = \frac{1}{1} + \frac{1}{9} + \frac{1}{37} + \frac{1}{49} + \frac{1}{81} + \text{etc.}$$

At sumto arcu $\omega = 45^\circ = \frac{\pi}{4}$, prouenit

$$\frac{\pi\pi}{8\sqrt{2}} = 1 - \frac{1}{9} - \frac{1}{25} + \frac{1}{49} + \frac{1}{81} - \frac{1}{121} - \frac{1}{169} + \text{etc.}$$

Sit $\omega = 30^\circ = \frac{\pi}{6}$, erit

$$\frac{\pi\pi}{24} = \frac{1}{2}\left(1 + \frac{1}{7^2} + \frac{1}{13^2} + \frac{1}{19^2} + \frac{1}{25^2} + \text{etc.}\right)$$
$$- 1\left(\frac{1}{3^2} + \frac{1}{9^2} + \frac{1}{15^2} + \frac{1}{21^2} + \text{etc.}\right)$$
$$+ \frac{1}{2}\left(\frac{1}{5^2} + \frac{1}{11^2} + \frac{1}{17^2} + \frac{1}{23^2} + \text{etc.}\right)$$

vbi media est $= \frac{\pi\pi}{72}$, reliquarumque ratio perspicua. Deinde differentiatio nostrae seriei suppeditat hanc formam notatu dignam:

$$\frac{\pi}{4} = \frac{1}{1}\cos\omega - \frac{1}{3}\cos 3\omega + \frac{1}{5}\cos 5\omega - \frac{1}{7}\cos 7\omega + \text{etc.}$$

quoniam omnes plane arcus pro ω assumti eandem praebent summam. Tum vero iterata differentiatio praebet:

$$0 = \sin\omega - \sin 3\omega + \sin 5\omega - \sin 7\omega + \text{etc.}$$

Per integrationem autem elicimus:

$$C - \frac{\pi\omega^2}{8} = \frac{1}{1}\cos\omega - \frac{1}{3^3}\cos 3\omega + \frac{1}{5^3}\cos 5\omega - \frac{1}{7^3}\cos 7\omega + \text{etc.}$$

vbi cum sumto $\omega = 0$ sit $1 - \frac{1}{3^3} + \frac{1}{5^3} - \frac{1}{7^3} + \text{etc.} = \frac{\pi^3}{32}$, erit $C = \frac{\pi^3}{32}$, ita vt sit

$$\frac{\pi}{8}\left(\frac{\pi\pi}{4} - \omega\omega\right) = \frac{1}{1}\cos\omega - \frac{1}{3^3}\cos 3\omega + \frac{1}{5^3}\cos 5\omega - \frac{1}{7^3}\cos 7\omega + \text{etc.}$$

Scholion 2.

§. 23. Ponamus nunc in genere $\Phi = \pi$, et cum sit $\sin.(n+1)\pi = -\sin.n\pi$; $\sin.(n+2)\pi = +\sin.n\pi$; etc. aequatio nostra per $\sin.n\pi$ diuisa induet hanc formam:

$$\frac{\pi}{\sin.n\pi}\int x^n dx(1-x)^{n-1} = \frac{1}{n^2} + \frac{2n}{1(n+1)^2} + \frac{2n(2n+1)}{1.2(n+2)^2} + \frac{2n(2n+1)(2n+2)}{1.2.3(n+3)^2} + \text{etc.}$$

sumto

cognita
$+ \text{etc.}$
etc.)
perspicua. Dein-
at hanc formam
$- \frac{1}{7}\cos 7\omega + \text{etc.}$
mti eandem prae-
entiatio praebet:
$7\omega + \text{etc.}$
$- \frac{1}{7^3}\cos 7\omega + \text{etc.}$
$\frac{1}{7^3} + \text{etc.} = \frac{\pi^3}{32}$, erit
$- \frac{1}{7^3}\cos 7\omega + \text{etc.}$
$\Phi = \pi$, et cum
$2)\pi = +\sin.n\pi$;
uet hanc formam:
sumto

sumto autem $\Phi = 2\pi$, erit simili modo:

$$\frac{2\pi}{\sin.2n\pi}\int x^n dx(1-x)^{n-1} = \frac{1}{n^2} - \frac{2n}{1(n+1)^2} + \frac{2n(2n+1)}{1.2(n+2)^2} - \frac{2n(2n+1)(2n+2)}{1.2.3(n+3)^2} + \text{etc.}$$

quorum serierum ergo illa per hanc diuisa quotum praebet $= \cos.n\pi$, quod incongruum videtur, cum quotus sit vnitate maior. At similem difficultatem iam supra resoluimus, quae ex positione $\Phi = 2\pi$ est nata: si enim poneremus $\Phi = 3\pi$, ipsa series prior emergeret, summam habitura $= \frac{3\pi}{\sin.3n\pi}\int x^n dx(1-x)^{n-1}$, quae illi non est aequalis, nisi n sit ratio euanescens. Quare prima tantum series locum habere est censenda, cuius summam vt ex ipsa eius natura inuestigemus, statuamus:

$$s = \frac{1}{n^2}t^n + \frac{2n}{(n+1)^2}t^{n+1} + \frac{2n(2n+1)}{1.2(n+2)^2}t^{n+2} + \text{etc.}$$

eritque hinc

$$\frac{d.t\,ds}{dt^2} = 1\,t^{n-1} + \frac{2n}{1}t^n + \frac{2n(2n+1)}{1.2}t^{n+1} + \text{etc.}$$

cuius seriei summa manifesto est $= t^{n-1}(1-t)^{-2n}$, ita vt sit

$$\frac{t\,ds}{dt} = \int t^{n-1}dt(1-t)^{-2n} \text{ et}$$

$$s = \int\frac{dt}{t}\int\frac{t^{n-1}dt}{(1-t)^{2n}},$$

sicque posito post integrationem $t = 1$ habebitur:

$$\frac{\pi}{\sin.n\pi}\int x^n dx(1-x)^{n-1} = \int\frac{dt}{t}\int\frac{t^{n-1}dt}{(1-t)^{2n}}.$$

Quae binarum formularum integralium comparatio eo magis est memorabilis, quod inter plurimas alias, quae adhuc sunt erutae, huius generis non reperiantur.

Scho-

Scholion 3.

§. 24. Ponamus in genere $\phi = \frac{\pi}{2}$, eritque

$\sin. n\phi = \sin. \frac{n\pi}{2}$; $\sin. (n+1)\phi = \cos. \frac{n\pi}{2}$;

$\sin. (n+2)\phi = -\sin. \frac{n\pi}{2}$; $\sin. (n+3)\phi = -\cos. \frac{n\pi}{2}$; etc.

vnde resultat haec aequatio:

$$\tfrac{\pi}{2}\int x^n dx(1-x)^{n-1} = \sin. \tfrac{n\pi}{2}\left(\tfrac{1}{2n} - \tfrac{2n(2n+1)}{1.2(n+2)^2} + \tfrac{2n(2n+1)(2n+2)(2n+3)}{1.2.3.4(n+4)^2} - \text{etc.}\right)$$
$$- \cos. \tfrac{n\pi}{2}\left(\tfrac{2n}{1(n+1)^2} - \tfrac{2n(2n+1)(2n+2)}{1.2.3(n+3)^2} + \text{etc.}\right)$$

At ex superiori reductione manifestum est fore:

$$1 - \tfrac{2n(2n+1)}{1.2}t^2 + \tfrac{2n(2n+1)(2n+2)(2n+3)}{1.2.3.4}t^4 - \text{etc.}$$
$$= \frac{(1+t\sqrt{-1})^{-2n} + (1-t\sqrt{-1})^{-2n}}{2},$$
$$\tfrac{2n}{1}t - \tfrac{2n(2n+1)(2n+2)}{1.2.3}t^3 + \text{etc.}$$
$$= \frac{(1+t\sqrt{-1})^{-2n} - (1-t\sqrt{-1})^{-2n}}{2\sqrt{-1}},$$

hincque colligitur:

$$\tfrac{\pi}{2}\int x^n dx(1-x)^{n-1} = \tfrac{1}{2}\sin. \tfrac{n\pi}{2}\int\frac{dt}{t}\int\frac{t^{n-1}dt}{(1+t\sqrt{-1})^{2n}}$$
$$+ \tfrac{1}{2}\sin. \tfrac{n\pi}{2}\int\frac{dt}{t}\int\frac{t^{n-1}dt}{(1-t\sqrt{-1})^{2n}},$$
$$- \tfrac{1}{2\sqrt{-1}}\cos. \tfrac{n\pi}{2}\int\frac{dt}{t}\int\frac{t^{n-1}dt}{(1+t\sqrt{-1})^{2n}}$$
$$+ \tfrac{1}{2\sqrt{-1}}\cos. \tfrac{n\pi}{2}\int\frac{dt}{t}\int\frac{t^{n-1}dt}{(1-t\sqrt{-1})^{2n}},$$

